

## Universitätsbibliothek Paderborn

## De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz Toletani è Societate Iesv

Álvarez de Paz, Jacobo Coloniae Agrippinae, 1615

§. 2. De Discretione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46634

124 DE VIRT. PRVDENT.

Pron. 14. pir doctus, robustus & validus, qui non solum recte indicat, & eligit, sed

bona efficaciter perficit,

Postulatio prudentiæ, Domine Iss v Christe, magister bone, qui se-Statores tuos ad finceram prudentiam, & prudentem sinceritatem hortatus es, monens eos, vt essent prupentes ficut serpentes, & simplices sicut columbæ; da nobis sedium tuarum assistricem sapiétiam, que nobiscum sit, & nobiscum laboret, vt te finem ac scopum omnium laborum nostrorum habeamus, vtitaeos per prudentiam spiritus moderemur, vt & tibi placeant, & in omni virtuteac sanctitate promoueant, tibiqi nos tandem fœlicitatis assequutions coniungant. Amen,

De discretione. S. II.

Is cretio est spiritualis prudentia, qua in his, qua ad interior raspiritus pertinent, vera à falsis; bona à malis; meliora à minoribus bonis discernimus; & his repudiatis, illa qua magis conferunt, acceptamus Hans

CAPVT VI. 125 Hanc Albertus manifeste à prudentia distinguir, non aliter (vt puto) quam albert. partem à parte. Nam prudentia vide- de virt. c. tur ad moderandas actiones exter- 8. 0 34. nas virtutum moralium pertinere: Discretio verò, intima spiritus penetrare. Incitamenta ad discretionem sunt: I. Quod sicut Deus sapientia sua in huius orbis fabrica res inter se distinxit, & apris in locis collocauit vemundus perfectus existeret : vnde factaluce divisit lucem à tenebris, & Gen. 1.4. aquas ab aquis, aquamq inferius iacentem, quam appellauit maria, aterrasegregauit. Itaiustus, discretione sibi immissa diuinitus, inter cogitationes & affectiones discrimen constituit, vt quibusdam admissis, quibusdam repudiaris, & singulis in suo loco dispositis, vitam suam Deo placiram & perfectam efficiat. III Discretio est oculus mentis, de quo ait Dominus: Lucerna corporis Mat. 6. tui est oculus tuus. Ea qui carer, cæcus 22. est, & in mille incommoda, & errores impingir; eam qui haber, non tantum videt, sed inter bonum, me-

F 3

lius

UNIVERSITÄ BIBLIOTHEI

non

mine ui feentihor-

prulices n tu-

e no,vt te

s per mur, virtu-

tione

ndenterioà faloribii

orion s,illa, imus.

Hand

## 126 DE VIRT. PRYDENT.

Bonau li. de gradib.

lius & optimum in vna quaquere aptè sapienterque discernit. Egregiè id explicauit Bonauentura, dicens: Discretionis altus gradus est, secundum ordinem Dei, vti donis temporalibus: altior, (ecundum ordinem Dei, vti donis naturalibus in corpore & in anima altissimus, vii secundum ordinem Dei: donis gratuitis in anima. Item: Altus gradus est, seruare pracepta Scriptura: altior, seruare confilia Scriptura: altisimus, seruare doctrina Iesu Christi. Item: Altus gradus est, regere se secundum exempla Sanctorum: altior, secundum exempla Christi: altisimus, secundum mores Dei. Item: Altus gradus est, cogitare varia beneficia Dei : altior, de beneficijs collatis gratias agere: altisimus, laudare duinamnaturam & bonitatem, que coegit dantibus. Item: Altus gradus est, in omnibus cautum effe coram facularibus, ne fcandalizentur: altior, cautum effe corareligiosis, vt edificentur : altisimus cora Deo iudice cautum esse, ne offendatur.

III. Multiplex perfectio discrecionis, qua Cassianus pulche depin-

CAPVT VI. git his verbis: Hacest discretio, que cassian. non solum lucerna corporis, sed etiam col. 2.c.6. Sol ab Apostolo nuncupatur. Secundum illud: Sol non occidat super iracundiam vestram. Hac etiam vita nostra que- Prou 11. bernatio dicitur, secundum illud: Qui- sec. 70. bus non est gubernatio, cadunt vt folia. Hoc consilium rectissime nominatur, sine quo nihit agere omnino Scriptura authoritate permittitur, ita vt ne ip-Sum quidem spirituale vinum, quod la-Psal. 03. tificat cor hominis, sine ipsius sinamur moderatione percipere: secundum illud: Cum consilio omnia fac, cum cofilio vinum bibe Et iterum: ficut ciuitas muris diruta & non circumdata; sic est vir, quinon cum confilio aliquid agit. Cuius prinatio quam perniciosa sit monacho, testimony buius exemplum figurate declarat, diruta eum ac sine muris comparans ciuitati. In hac apientia, in hac intellectus, sensusquensistit, fine quibus nec interior nostra adificari domus, nec spirituales poterunt divitiæ congregari: secundum illud: Cum sapientia adifi- Prou. 24. catur domus, & cum intellectu iteru e- 70. rigitur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

re a-

regiè

ens:

dum

ibus:

ti do-

nima

Der:

Altes

iptu-

ura:

Chri-

re le

alti-

ltißi-

: Al-

eficia

atias

na-

anti-

nibus

can-

are-

cora

ur.

cre-

pin-

git

128 DE VIRT. PRYDENT.

Heb. 5.

rigitur, cum sensu implentur collaria omnib. divitis pretiosis & bonis. Hec, inquam, est solidus cibus, quinisi à perfectis tantum ac robustis sumi non potest: secundum illud: Perfectorum autem est solidus cibus corum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boniac mali. Que in tantum viilis nobis ac necessaria comprobatur, vt etia verbo Dei eiusg virtutibus coaptetur, secundum illud: Viuns est enim Deisfermo, & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertinges vsque ad divisionem anima, acspiritus, compagum quoque & medullarum; & discretor cogitationum, O discretionum cordis: quibus manifestissime declaratur, nullam fine discretionis gratia posse vel persici, wel stare virtutem ..

Actiones discretionis sunt : I. Discernere inter malü, peius & pel-ssimum, vt secundum suam malitiam reijciantur; & interbonum, melsus, & optimum, vt secundum suam bonitatem amentur.

II. Aduertere, quam reuerentiam debea-

debeamus superiori, quam compassionem inferiori, quam societate xquali. Item, qualiter nos debeamus
habere ad viuos; qualiter ad vita functos, quomodo erga prædecessores;
& quomodo erga successores: qualiter ad amicos, qui diligendi sunt in
Deo, qualiter ad inimicos, qui etiam
diligendi sunt propter Deum.

III. Considerare, quæ resectio
sit danda corpori. & qualis & mã

III. Considerare, quæ refections se danda corpori, & qualis, & qualis, & qualiza, incibo, potu, & somno, & indumento, & in omni corporali exercitatione; nec non quæ, qualiz, & qualiza concedenda sitanimæ in oratione, in lacrymis; in laude diuina, & in o-

mni studio pietaris.

I'V. Distinguere tempora laborandi, & quiescendi; loquendi, & tacendi; dandi, & accipiendi; & in omnibus debitas circumstantias obferuare:

V Ordinare cogitationes, ne extra Deum vagentur. Affectus mentis, ne nimis in creaturis occupentur; voluntates, ne à Deoseparentur: intentiones, ne impuritati misceantur.

F 5 Et

YEA!

RC 3

67-

po-

att-

pro

2 sus

e 178:

1111-

D27 -

ud:

ax,

nan

me-

111291

ni-

ici,

I.

oef-

ami

ùs,

20=

amı

ca-

Et suspiciones ac iudicia in meliore partem conuertere, & verba ac facta in bonum finem dirigere.

VI. Inter Creatorem ac creatura discrimen statuere, & illum propter seipsum diligendum esse cognoscere. Hanc verò aut propter Deum diligédam, aut si nos à dilectione eius diuellat, ex toto contemnendam iudicare.

Ricard. ad Pfal.

VII. Veltandem, secundum Ricardum victorinum, actiones discretionis sunt: I. Iudicatio, quæ cuncta in iudicium adducit, & segregans bona à malis, per illicita nos effluere non permittit. 2. Deliberatio, qua nihil inconsulte agit, & nos à superuacuis restringit. 3. Dispositio, quæ cuncta ordinate operatur, & nihil confusum relinquit. 4. Dispensatio, quæ superuenienti occasioni cedit,& humanæ infirmitati condescendit. 5. Moderatio, quæ modum custodit in omnibus & menfuram non excedit. De his quing, discretionis partib.inverpretatur illud Dauidis: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus

EJ. 143.1.

meas

CAPVT VI. meas ad praliti, & digitos meos ad bellum. Manus duæ, iustitia & misericordia funt, quas Dominus ad præliu docet, cum aduersus omné iniustitia, & cordis duritia nos instruit. Quinque autem digiti, sunt quinque actus discretionis, quos ad bellum erudit, cum per illos omne peccatum debellare nos facit. Dijudicatio est velut pollex; nam ficut pollex omnibus alijs positione respondet; sic dijudicatio alijs actibus materiam acceptandam vel respuédam subministrat. Deliberatio est velut index, quæ quid faciendum sit, indicat & ostendit. Dispositio est velut medius di-Vice gitus, qui in medio est, & altior est cæteris, & ita dispositio, quasi gubernatrix, omnia agenda disponit, ordinat, & moderatur. Dispensatio est velut medicus, qui infirmitati se accommodat, & quæ rectè disposita sunt, quia ex occasione emergente non rectè succedunt, prudenter mutat. Moderatio est, ve minimus digitus, seu auricularis: nam ille aures mentis ad

BIBLIOTHEK PADERBORN

ore

cta.

urā

ten

re.

gé-

di-

di-

Ri-

re-

cta:

ans

ere

quæ

er-

quæ:

ihil

t10,

t,&

I. 5.

tin

dit.

in-

Etus

111115

neas

obaudiendum mandatis purgat, qui in omnibus, qua agit, dignas moderationis metas obsenuat.

en di

li

ti

Ilu

tia

az

9:

m

\$6

1

f

Postulatio discretionis. Domines Tesu Christe, qui non vehomines, vides infacie, sed ve Deus, intueris cor, & operanostra, discretionis sale codita, licet externa specie panua sint, approbas, & hoc sale vacua, licet magnavideantur, vevilia & inutilia contenis, intelligetias nostras spiritudiscretionis nobilita, vevera à faltis, & bona à malis discernedo, in operibusque & desiderijs nostris messivamentulais en en do, vitanostra tibiplaceat, & quotidie adgloriame tuamin mellus proficiat. Amen.

De Docilitate: f. III.

Ocilitas est applicatio mentiss
folicitas frequens, ex summissa
ad documenta maiorum, non
negligens ea propter ignauiam; neocomegligens propter superbiam. Sic colliq:49 ar gitur ex Thoma Aquinate descriptio
docilitatis, cui alia descriptio Cyprialiqualitur, qua docilem desinit. Ait
enim